



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

58. An si quis adderet aliquid formæ Baptismi, dicendo, v. g. Ego te  
Baptizo in nomine patris, & Filij, & Spiritus Sancti, & B. Mariæ Virginis, vel  
omnium Sanctorum, conficeret Sacramentum? Ex p. 2. ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76393)

# De Sacram. Baptismi. Resol. LVII. &c. 37

brevidad puede acudir a ella si no es la partera, no puedo dexar de tener, que la charidad las obliga a saber la dicha forma, pues su officio es estar mas propinquas al parto, que las demas personas, y por respeto de la dicha propinquidad pueden en un punto remediar la criatura, que no perezca eternamente; y para la salud eterna della obligacion tiene saber la dicha forma. ] Putant igitur hi auctores, cum casus iste sit nimis frequens, ut experientia docet, & tali necessitati extrema vix possit succurri, praeterquam ab obstetrice, maxime quando puer nondum integrè est natus teneri dictas obstetrices ratione sui officij succurrere necessitati extremae; quae annexa est sapissime tali officio, ac consequenter scire formam Baptismi, saltem lingua vernacula; & modum baptizandi.

2. Sed licet haec opinio sit pia, & consulenda, tamen probabilem puto contrariam sententiam, quam tuerent Suarez in 3. part. tom. 3. dispnt. 21. sect. 6. ubi ait: Aliqui asserunt teneri foeminas, quae ex officio sunt obsterices, ad scienda ea, quae sunt substantialia ad baptismum, scilicet materiam, & formam, saltem vernacula lingua quae opinio est pia, & consulenda, tamen in rigore non video, quale sit hoc praecipuum, quia non est positivum Ecclesiasticum, ut constat, nullibi enim reperitur scriptum. Neque est naturale, quia non pertinet ad iustitiam, quae ex vi sui muneris non obligatur obsteritrix, ad curandam salutem animae pueri, sed solum ad rectè cooperandum nativitati corporali ejus. Neque etiam pertinet ad charitatem, quia licet supposita necessitate pueri, teneatur quilibet illum baptizare, si potest, non tamen tenetur uniusquique esse paratus, aut instructus ad dandum baptismum, si fortasse inveniat proximum in necessitate constitutum. Ergo, neque charitas obligat obstericem ad hujusmodi praeparationem, seu dispositionem.

3. Ad argumentum Rodriquez, & Zambrani respondetur, quod licet fortasse sapius in eo munere accidat talis necessitas, tamen rarissime evenit, vel non adesse aliquem alium, a quo possit infans baptizari, vel necessitatem esse tantam, ut non possit citò vocari, & expectari. Ergo propter rarissimum eventum non obligat charitas ad praedictam scientiam. Vide Possevin. de officio Curati, cap. 6. num. 26.

4. Nota verò, quod non solum obsterices, & laici possunt baptizare sine ullo peccato in vernacula lingua, sed Sacerdotes peccant solum venialiter proferendo formam baptismi in lingua vulgari. Sic Nugnus in 3. part. tom. 1. q. 60. art. 8. difficult. 3. & Bonacina de Sacrament. dist. 2. q. 2. punct. 4. num. 27.

cerdotem non consecrere sacramentum, & consequenter peccare mortaliter. Sed mihi placet opinio Henriquez in summ. lib. 2. cap. 36. n. 4. Bonac. de sacrament. dist. 2. q. 2. punct. 4. n. 16. Coninch. ubi infra, & aliorum; nam relicta illa particula, in, non destruitur sensus forma. Ergo validum erit sacramentum. Probatur antecedens; nam idem omnino est sensus, sive dicas, In nomine Patris, sive nomine Patris. Immo in, videtur, tanquam per Hebraismum adungi, sicut quando dicimus, Credo in Deum, pulso, vel cano in cithara, quae phrasi Hebraea idem significant, quod Credo Deum, & cano citharà.

2. Quantum verò ad particulam, &, Vivald. in Candelabro aur. tract. de forma Baptismi, num. 11. Barthol ab Angelis in suo exam. confess. dial. 2. §. 115. Conrad. in respons. cas. conf. tom. 2. q. 84. Reginald. ubi supra, qui citat Sylvestrum, & Innocentium, putant esse de essentia formae. Et ratio est, quia personae divinae constituuntur, & distinguuntur per relationes paternitatis, filiationis, & spirationis passivae, quae quidem personae debent in forma baptismi exprimi, secundum eas maxime rationes, quibus constituuntur, & inter se distinguuntur, ad quam distinctionem indicandam particula, &, facit aliquid; ergo non est relinquenda in forma Baptismi.

3. Ego verò contrariam sequor sententiam, cum Comitolo ubi supra num. 5. & Toletò, quam sequutus est etiam Coninch. de sacrament. tom. 1. q. 66. art. 6. num. 61. & Pitigian. in 4. sent. part. 1. dist. 3. q. 2. art. 12. Nam in forma, quae caret conjunctione, &, significatur, & invocatur tota Trinitas. Ergo erit verum sacramentum; relicta enim illa particula, &, remanet adhuc integer sensus formae. Ex his igitur apparet, Sacerdotem consecrere sacramentum, si baptizaret haec forma; Ego te baptizo nomine Patris, Filij, Spiritus sancti, relinquendo particulam, in, cum, &, nam mutatio non est substantialis, nec destruit sensum formae.

4. Quantum atinet ad peccatum ratione parvitas materiae, excusarem a culpa lethali; sic Bonacina supra; sicuti etiam de omitente particulam, \* enim, in forma Eucharistiae diximus supra; & licet hoc sit contra communem usum Ecclesiae, tamen si haec particulae omittantur, sine scandalo, & contemptu; non erit, nisi peccatum veniale, ut in casu simili notavit Vasq. in 3. p. tom. 2. dispnt. 142. in alius ejus n. 30. & Sot. in 4. dist. 3. quonic. art. 5. §. quod si, & Ribeus de sacra. in 4. sent. dist. 3. cum summa Corona p. 4. de forma baptizandi, n. 14.

pro particula in, in to. 2. tr. 1. ex Ref. 222. §. 2. prope finem, à veris. Et secundū.

\* Sup. hac particula omis, in tom. 2. tr. 2. Ref. 222. & in alius ejus nor. primae.

## RESOL. LVIII.

An si quis adderet aliquid formae baptismi, dicendo, v.g. Ego te baptizo, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, & B. Virginis, vel omnium Sanctorum, consecraret sacramentum? Ex part. 2. tr. 15. & Misc. 1. Resol. 48.

§. 1. Iacobus de Grassis in suis dec. aur. pari. 2. lib. 1. cap. 3. n. 24. respondet negativè; ait enim: Additio semper vitiat Baptismum, quia forma nihil addendum est, sive detrahendum, cap. fortissime, cap. si non significatur, & cap. de Arriano, de consecr. dist. 4. & in hoc Host. in sum. concordat, dicens, quod si quis dicat, Ego te baptizo, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, &

Sup. hoc supra in Ref. 4. & lege cum per totam, & signantur ejus §. 2. & §.

## RESOL. LVII.

Quidam Parochus olim quaesivit à me, an qui in forma Baptismi reliquerit illas particulas In, &c. dicendo, Ego te baptizo nomine Patris, Filij, Spiritus sancti, consecraret Sacramentum? Et si consecraret, an ita baptizando peccet mortaliter? Ex p. 1. tract. 15. & Misc. 1. Resol. 47.

§. 1. Uoad particulam in, Reginald. rem. 2. lib. 24. cap. 1. num. 30. Comitolo. in respons. moral. lib. 1. quest. 9. num. 3. Tolet. lib. 2. cap. 19. num. 1. Barthol. ab Angelis ubi infra, & alij putant, si in forma baptismi omittatur, Sa-

in contin. §. 1. in hac Resol. 4. per totam, & signanter Tom. 1.

INTON  
Opera  
Tom. 1 & II  
E III

omnium Sanctorum, non est baptizatus, quia nihil debet jungi forma. Ita etiam tenet Archidiaconus in d. cap. si non significatur. Hæc Graffius.

2. Sed hæc sententia, ita absolute prolata, non est vera, non enim semper, ut vult Graffius, additio vitiat formam. Dico igitur distinguendo, cum Bonac. de Sacrament. disp. 2. q. 2. punct. 4. mem. 16. Barthol. ab Angelis in suo exam. confess. dial. 2. §. 116. Suar. tom. 3. in 3. part. disput. 2. sect. 5. Henric. lib. 2. c. 8. n. 2. Coninch. de Sacrament. q. 60. art. 8. dub. 1. num. 70. Summa Corona part. 4. de forma Baptismi, num. 14. Durand. in 4. dist. 3. q. 2. & Paludano q. 1. & Ytbarne in 4. sent. tom. 1. disp. 3. sect. 6. si Sacerdos, sic baptizans intelligit in nomine Beate Virginis baptizare, sicut in nomine Trinitatis, talis sensus est contrarius vere fidei, & per consequens tollit veritatem sacramenti. Sed si addit in baptismo, ut ejus intercessio profit baptizato ad conservandam gratiam baptismalem, non tollitur perfectio sacramenti. Sic D. Thom. in 3. p. q. 60. art. 8. tom. 2. disp. 129. c. 7. n. 107. putat illa verba, in nomine B. Virginis, non esse æquivoca ad utrumque sensum, quem supra diximus ex Divo Thoma, sed semper falsum continere, eo quod illud, in nomine, denotat auctoritatem, neque enim quis dicitur facere aliquid in nomine alterius, nisi auctoris. Hæc namque vox hoc communi usu significat, ac proinde ejus significatio non pendet ex intentione ministri. Hinc Rubeus in Sacram. in 4. sent. disp. 2. valde dubitat de baptismo sub hac forma lato; nam, ait, talis additio, (nempe in nomine B. Virginis) ex se prorsus tollit significationem, ac mutat formæ sensum; atque perinde non obstante ministri legitima intentione, aufert veritatem sacramenti. Hæc ille, & Pitigian. in 4. sent. part. 1. disp. 3. q. 2. art. 12. sed non rectè, nam, etsi verba illa omnia simul sumpta significant errorem contrarium formæ, verba tamen essentialia etiam, ut hic, & nunc proferuntur, tam ex intentione proferentis quam secundum commune Christianorum audientium iudicium, prius tempore, quam illa additio fiat, habent perfectam suam significationem, & consequenter operantur eodem instanti suum effectum, qui per verba subsequencia tolli nequit, qualemcumque hæc errorem significant. Non ergo à communi sententia recedendum, quæ asserit, ut diximus, Sacerdotem conficere sacramentum, etiam si addat formæ Baptismi, in nomine beate Virginis, dummodo per illa verba non intendat baptizare in nomine Virginis, sicuti in nomine Patris, &c. sed tantum executione intendat auxilium beate Virginis baptizato implorare.

3. Ad argumentum verò Jacobi de Graffio respondetur, additionem non semper vitare Baptismum, si non tollat prorsus significationem formæ, quod non accidit ex dictis in nostro casu. Vide Alciat. in l. 1. §. Sed si mihi, num. 6. ff. de verb. oblig. & Gasparum Caballinum in suo milleloquio juris, part. 1. milleloq. 248.

## RESOL. LIX.

Mulier quadam domi puerum baptizavit Italicè, hæc verba pronuncians, Io te battezo, co'l nome del Padre, co'l nome del Figliuolo, & co'l nome dello Spirito Santo, statim à me quaesitum fuit, an sacramentum sub tali forma administratum fuerit validum? Ex part. 2. tract. 17. & Miscell. 3. Refol. 15.

§. 1. **M**artinus Bonacina, vir hujus litteraturæ consultissimus, de Sacram. disp. 2. quest. 2. punct. 4. n. 5. negativè respondet; nam, ait ille, dicendo, in nomine Patris, in nomine Filij, &c. licet exprimitur trinitas personarum, non exprimitur tamen unitas essentialis, quæ in forma baptismi est de substantia. Ergo. Unde si aliquis baptizaret in nominibus Patris, & Filij, & Spiritus sancti, non conficeret Sacramentum; quia illa dictio in nominibus, non importat unitatem essentialis & virtutis, sed potius numerat personas, & relationes. Et quamvis hujusmodi numeratio sit vera, quia tamen unitas personarum in deitate non explicatur, ideo talis forma non est sufficiens. Sic communiter Doctores. Item si aliquis baptizaret, ut olim quadam mulier apud Comitol. in ref. mor. lib. 1. q. 10. sub hac forma, Io te battezo co'l Padre, co'l Figliuolo, & con lo Spirito Santo, invalidum esset sacramentum, quia in his verbis non exprimitur unitas divinæ essentialis. Ergo. Vide etiam Didacum Nugnum in 3. p. tom. 1. q. 66. art. 5. diff. 4. fol. 157.

2. Sed quidquid dicat Bonac. contraria sententia est prorsus amplectenda; nam ut asserit Suar. tom. 3. disp. 21. sect. 3. Coninch. 3. part. q. 66. art. 6. n. 58. & Petr. Cabrera de Sacram. q. 66. art. 5. n. 2. & alij, qui baptizat sub hac forma, Ego te baptizo, in nomine Patris, in nomine Filij, &c. non ideo asserit esse plura nomina: sicut qui diceret in nominibus, sed idem essentialia Dei nomen commune tribus, ter repetit, quod rectè fieri potest absque pluralitate, sicut verè dicitur Pater Deus, Filius Deus, Spiritus sanctus Deus, sed Dij nuncupari non possunt, quia hoc significat naturarum pluralitatem, illud verò minime, quia sunt verus, & idem Deus. Et sic in nostro casu consilium dictum infantem fuisse, & esse verè baptizatum.

## RESOL. LX.

An baptismus sit validus, si conferatur hac forma. Baptizata est, vel baptizatus est in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, qua forma utuntur Chaldaei?

Et an in Sacramento Baptismi, Confirmationis, Penitentiae, Ordinis & Extreme unctionis exprimentur da sit persona suscipiens ista Sacramenta?

Et an sit certum pronomen illud ego, & dictionem illam Amen, non esse de necessitate Sacramenti?

Et cur sim docetur, quod baptismus datus ab Apostolis in nomine Christi validus fuit, & nunc validus esset, si in eadem forma conferretur.

Et queritur, an Baptismus datus in nomine unius persone Divinae, quacumque illa sit, validus sit, dummodo vera fides omnium trium retineatur?

Et an Baptismus datus sub hac forma, Baptizo te, in nomine Dei, & Sanctæ Crucis, sit validus?

Et tandem queritur, an sit valida forma baptismi, qua utuntur in Dalmatia, videlicet, Ego te Christiano, seu Christianum facio in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti? Ex p. 10. tract. 16. & Misc. 6. Refol. 92.

§. 1. **H**ac forma in baptizando utuntur Chaldaei, de illa dubitatum fuit Romæ anno 1630. ut patet apud Nazarium, ubi infra. Et invalidum baptismum sic collatum esse patet ex rationibus. Primò, Quia alioqui actus baptizandi non significabitur, quatenus hic, & nunc sit in particulari: quod tamen est necessarium: nam Sacra

Sup. hoc supra vide doctrinam Refol. 4. per totam, & signanter ejus §. 4. & 5.